



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super  
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr  
Sirhasirim**

**Wolbero <de Sancto Pantaleone>**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Versvs VII. Statura tua aßimulata est palmae, & vbera tua botris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10027**

## VERSUS VII.

*Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.*

**C**ur atitem huiusmodi *statura* Statuta Ecclesiae palme assimilatur.  
*Assimilata est palma : palma nāque* victoriæ signum est; quæ autem maior & glorioſior victoria quam de vitijs & peccatis triumphare? unde autē eiusmodi mirabilis & glorioſa succreuit *statura*, niſi ex victoria virtutum & destructione vitorum? Non incongrue ergo *statura Ecclesiae palma assimilatur*, quia omnis eius morum honestas & probitas insignes loquitur victorias.

Porrò *vbera eius botris assimilantur*, Vbera Ecclesiae cur botris dicuntur similia. quia doctrina & prædicatio eius, dulci & suaui abundant sapore sapietiae & spiritualis intelligentiae, & auditores suos ita inebriant, vt à mundi huius voluptatibus velut insensibiles faciat. Ut autem ostendat ipse sponsus quod pulchritudo huius *statura* maximè & principaliter proficiat & succrescat ex mortificatione carnalis vitae, passionis suæ ei prætendit exemplum & ipsius passionis emolumentum:

dixi, inquit, ascendum in pal-

mam.

**Sponsus in**  
**sponsa uni-**  
**uersitatem**  
**virtutem**  
**statura no-**  
**mine appelle-**  
**lat, & do-**  
**ctrinæ abun-**  
**datiā vbe-**  
**rum signifi-**  
**catione de-**  
**clarat.**

membrorum ex habitu mentis bonè & honestè compositorum, vnum quiddam totum exinde procreuisse ostendens vniuersitatem virtutum *statura* nomine appellat, doctrinæ verò abundatiā vberum significacione declarat. Quæ enim pulchritudo morum siue eloquiorum deest in toto corpore sanctæ Ecclesiæ nā cū istæ istâ, ille illâ, alius aliâ virtute resplendeat, quidam plura quidam pauciora virtutum genera possideat, q; potest esse species pulchritudinis & decoris, quæ in suo corpore sancta Ecclesia non habeat? Cumque diuersi diuersâ sanctarum doctrinarum eruditio ne clarescant, quæ potest esse veritatis vel sanctitatis scientia, quâ sancta non exuberet Ecclesia: nam cum secundum Apostolum, alij detur sermo sapientie, alij sermo scientie, alteri fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, omnis omnis profecto pulchritudo atque ornatus operum siue sermonum in interiori *statura* sanctæ Ecclesiæ spiritualiter refulget.

1. Cor. 12.

**Sponsa cur**  
**charissima ip-**  
**delitijs pro-**  
**nuntetur.**

Vnde merito pulchra & decora, sed in delitijs charissime promuntiatur, quia profecto magnæ sunt deliciae animæ virtutum abundantia, & sapientiae salutaris doctrina; sed quo magis anima his delectatur, tanto amplius diuinæ dilectionis dulcedine repletur.